UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia Sacra Et Hvmana

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Rabies, Et Phrenesis. Ex Philostr. in Hercule furente. Descriptio LVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68724

Visual Library

ης τὸ εὐχάριστον ἀθανατίζεται, καὶ ἀνάγραπτον στηλιτεύεται παρὰ τῷ Θεῷ. Cuius gratus animus immortali memoria celebratur, & velut ſcriptis in columna literis, manet apud Deum.

Quo reſpexit Auſonius, cum dixit in actione gratiarum, apud Gratianum Imperatorem. Has ego literas tuas, ſi in omnibus pilis, atque porticibus, vnde de plano legi poſſint inſtar edicti pendere mandauero, nonne tot ſtatuis honorabor, quot fuerint paginæ libellorum.

Μυρίας μὲν ἔχεις. *Hæc furiarum* ἀνασκευή, *quibus*

Anguinea redimita caterua.
Frons expirantes præportat pectoris iras. Catullus.

Μυρίας δὲ χεῖρας ὄνυξι κομώσας. *Præclare iſta rapacitatem belluæ exprimũt, cui fœdiſſimi ventris ingluuies, vncæque manus.*

Οὐδ᾽ αἰδούμενος τινα. *Proſper lib. 2. de vita cõtẽplatiua.* Vaſtat in nobis quicquid verecundiæ, & pudoris inuenerit.

Ἀκοὰς δὲ τοσοῦτον πεφραγμένας. *Nihil omnino audit auarus, dum ab eo aliquid petitur, aut ſi audit, hanc vnam vocem reſpondet, vt ait D. Baſilius.* οὐκ ἔχω οὐ δώσω.

Ἀνάπαυσιν οὐκ εἰδώς. *Cyprianus nobil. epiſtola Suſpirat ille in conuiuio, bibat licet gemma: Et cum epulis marcidum corpus torus mollior alto ſinu condiderit, vigilat in pluma.*

Παντὸς τυράννου πικρότερον. *Rectè ferreum eius imperium Proſper nominat.* O facinus inauditum! Suaui Chriſti iugo contempto ferreũ cupiditatis imperium voluntaria mentium inclinatione ſuſcipimus.

RABIES, ET PHRENESIS.

Ex Philoſtr. in Hercule furente.

Deſcriptio LVIII.

Τῶν δὲ αἴσθησις μὲν αὐτῷ οὐδεμία, ἀναρρίπτει δὲ τοὺς προσιόντας, καὶ συμπατεῖ, πολὺ μὲν τῷ ἀφρῷ διαπτύων, μειδιῶν δὲ βλοσυρόν, καὶ ξένον, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀτενίζων ἐς αὐτὰ ἃ δρᾷ. τὴν δὲ τοῦ βλέμματος εὔνοιαν ἀπάγων, ὡς ἐξηπάτηται. βρυχᾶται δὲ καὶ ἡ φάρυγξ, καὶ ὁ αὐχὴν ἐμπίπλαται, καὶ ἀνοιδοῦσιν αἱ περὶ αὐτὸν φλέβες δι᾽ ὧν ἐς τὸ καίρια τῆς κεφαλῆς ἀναρρεῖ πᾶσα χορηγία τῆς νόσου.

IPſe verò eorum, nihil omnino ſentit, ſed adeuntes reijcit, ac proculcat, multam quidem expuens ſpumam: truci, atque inſolenti riſu cachinnans, defixiſque in ea, quæ facit reſpiciens oculis: tum ſeuerus aſpectu, quaſi deluſis ſenſibus: guttur interius fremit, ceruix inflatur, intumeſcunt venæ, per quas ad capitis vitalia tota morbis vis influit.

INVIDIA.

Ex D. Baſilio.

Deſcriptio LIX.

Ὄφεως ἐστὶ δίδαγμα, δαιμόνων εὕρημα, ἐχθροῦ ἐπισπορά, ἀρραβὼν κολάσεως, ἐμπόδιον εὐσεβείας, ὁδὸς ἐπὶ γέενναν, στέρησις βασιλείας. δῆλοι δὲ πῶς καὶ αὐτοῦ τοῦ προσώπου. τυγχάνουσιν οἱ φθονοῦντες, ὄμμα τούτοις ξηρὸν καὶ ἀλαμπές, παρειὰ κατηφής, ὀφρὺς συμπεπτωκυῖα.

SErpentis eſt documentum inuidia, diaboli inuentum, inimici ſatio, punitionis arrhabo, pietatis impedimentum, via ad gehẽnam, regni priuatio, nam & ipſo fatentur ore hoc vitium inuidi, aſpectus illis eſt aridus, & obſcurus, gena ſubtriſtis, ſupercilium demiſſum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN